

Regest: Beyer, Altzelle, S. 547, Nr. 111 — Tobias, Reg. des Hauses Schönburg, S. 14 — Schön, UB Herren v. Schönburg I, S. 12, Nr. 19 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae III, S. 257, Nr. 1602; S. 575 (Nachtrag) — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 150, Nr. 555.

Zur Sache vgl. auch UB Altzelle I, Nr. 135 und 138.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. C[un]radus permissione divina Misnensis episcopus omnibus imperpetuum. Quoniam ex iniuncto nobis a deo officio presulatus debitores sumus¹⁾ equitatis iusticiam censura canonica roborare, maxime tamen id debemus claustralibus ac spiritalibus impendere, ne secularibus perturbationibus | prepediti cogantur contemplationis sue dulcedinem relinquere et se subtrahere a pedibus crucifixi. Hinc est, quod notum esse volumus universis, ad quorum noticiam | pervenerit presens scriptum, dominum prepositum et conventum sanctimonialium in Gerungeswalde sex mansos proprietatis, quos habebant in villa, que dicitur Ozstrowa, domino | abbati et conventui Cellencis^{a)} monasterii pro centum et X^{cem} marchis^{a)} argenti cum omnibus suis proventibus atque utilitatibus pro proprietate libera vendidisse, consentiente | domino Friderico de Sconenburch fundatore suo, a quo predictos^{b)} VI mansos emerant²⁾, cum duabus sororibus suis Berta videlicet et Agatha ceterisque coheredibus, | quorum litteras fideliter perspeximus, quibus protestantur se nichil iuris habere amplius in prehabitis VI mansis, conferentes ecclesie Cellensi omnem libertatem ac | dominandi in eis potestatem, quam contulerant ecclesie Gerungeswalde. Nos autem hunc contractum legitime celebratum ad instanciam utriusque partis auctoritate | dei et nostre districtiois examine confirmamus et, ne quis ipsum ausu temerario infringere vel violare presumat, in virtute spiritus sancti districte sub horrendi | anathematis vinculo inhibemus et hanc confirmationis nostre paginam, ut inviolabilis perseveret in longi evi memoriam, banni nostri robore et sigilli munimine solidamus sub testimonio omnium, quorum nomina sunt subscripta: Cunradus canonicus Misnensis et noster notarius, Herbordus quondam plebanus in Hart, Albertus filius domini | Vlrici de Nozin, Lampertus capellarius noster, Ulricus de Buerstein, Iohannes de Limpach, Rudolfus^{a)} de Cichowe et alii quam plures. Actum in | Cella anno gratie M^oCC^oXL^oVIII^o, XVII^o kalendas mai, sexte indictionis, pontificatus nostri anno octavo.

(SP.)

140.

Papst Innozenz IV. beauftragt den Propst, den Prior und den Thesaurar (des Augustiner-Chorherrenstifts St. Thomas) zu Leipzig, den Streit zwischen der Äbtissin und dem Konvent des Klosters zum hl. Kreuz (bei Meißen) einerseits und dem Abt des Zisterzienserklosters Altzelle andererseits, welcher die Nonnen wegen Nichtbefolgung der Zisterzienserstatuten exkommuniziert hat, ob-

139. a) *sic A.*

b) *predcos ohne Kürzungszeichen A.*

1) *Vgl. Rom. I, 14.*

2) *Vgl. UB Altzelle I, Nr. 135, Anm. 2.*